Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



IN DEBVS. VNIVS. IV. DICIS quando iudices preerant. facta est fames in terra.

CVM PRIMI PARENTES. HIERONYMUS. Ecce ego sum cum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

HIERIHO ADAM SCILICET ET EVA PER inobedientiam suam deo rebelles extitissent. et a paradiso gaudius exclusi debitam penam persoluissent. tempora erant quasi dies unus iudicis. quia sola ratio hominis. que per iudicem unum figuram ualet. ostendit paucissimis electis. qui tunc temporis erant. uiam bone actionis. Huius etiam diebus quando iudices preerant. i. rationales sensus hominum se ipsos regere et diiudicare aliquantulum nouerant. facta est fames in terra. non fames panis. neq; sitis aque. sed audiendi uerbum dei. Abiit itaq; homo de bethlehem iuda ut peregrinaretur in regione moab inde. cum uxore sua et duobus filiis. Homo namq; iste. primus iudicet parentum nri. abiit de bethleem iuda de domo panis. hoc est paradisi. ut peregrinaret in regione moab inde. id tribulatio interpretatur. quando cum omni multitudine posteritatis sue in hunc lacum miserie et tribulationis deuenit. amissis gaudius et delicias. quibus imperpetuum uti deberet. si diuinis preceptis paruisset. et extitisset. ipse uocabatur helimelech. et uxor eius noemi. Helimelech qui interpretatur dominus meus rex. naturalis lex accipitur. que cepit in primitiua ecclesia patriarchas. abel scilicet et enoch. noe. et abraham. et alios sanctorum patrum. quos uita laudabilis. bona de se reddidit fragrantia optimonis. Naturalis enim lex erat et hoc exigebat. ut quod cuiq; sibi homines fieri nollent. alius non facerent. et que sibi bona et utilia putarent. alius libenti animo exhiberent. Habebat duos autem filios. quos alter uocabatur chelion. alter maalon. lex septa. et prophetia dicebatur. quia post legem naturalem. lex subintrauit moysi. et post legem moysi. oracula prophetarum subsecuta. Quod uero per chelion lex septa. et per maalon prophetia intelligi congrue accipi possit. ipsa interpretatio nominum aperiunt. Chelion enim omnis dolor. siue consummatio uel de principio interpretatur. Sane quidem euenient lex. id est omnis dolor dicit. quia quod doloris. quod amaritudinis. peccata afferrent. non agnoscebat. nisi per legem. quemadmodum paulus ait. Peccatum enim non nouerem. nisi per legem. Consummatio autem id est dicit. quia ut denuo paulus ait. finis legis christus est. Maalon uero interpretatur de fenestra. et quod per fenestram conuenientium. quam prophetia ualet accipi. Per fenestram namq; prospicientes partum queda uidet. partem uero uidet sic. minuti et prophete tota perfectionem uisionis. que est in christo iesu nequiuerunt comprehendere. sed quasi per speculum et in enigmate uidentes. aliis que uidebant.